

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ  
*Vitam & Merita M. ISAACI B.  
ROTHOVII,*

*Episcopi q. Aboënsis,*

*Exposituræ,*

*Particulam XII:am*

*Consensu Facult. Philos. in Acad. Ab.*

PRÆSIDE

*FRANC. MICH. FRANZÉN,*

*Hist. & Mor. Prof. Reg. & Ord. Acad. Svec. Octodecimviro,*

*Pro Exercitio*

*Publicæ disquisitioni subjicit*

*FREDERICUS ELFGREN,*

*Stipend. Regius Ostrobothnienfis.*

*In Auditorio Physico die XVI Dec. MDCCCVIII.*

*Horis a. m. consuetis.*

---

ABOÆ,  
In Officina FRENCKELLIANA.

*Thes. I.*

**E**uclides Megarensis, ad quem Eristicorum, inepit saepe contendentium, sedis referri solet auctorem, egregiam tamen non in theoreta tantum, verum in practica etiam philosophia subtilius persequenda, quam a magistro suo Socrate, populari doctore, factum erat, adhibuisse operam, pauca, quæ de eo ab antiquis memorantur, credere faciunt.

*Thes. II.*

Quod, teste Cicerone (Acad IV 42), posuerat rei moralis fundamen-  
tum: *id bonum solum esse, quod esset unum & simile & idem & semper  
fua* haud care veritate & praestantia. Atque ad *formale* proprius quam  
ad *materialia* morum principia illud accedere dicas.

*Thes. III.*

Contrarium de Aristippi, qui & ille Socratis fuerat discipulus,  
doctrina valet. Quem pro summo bono habuisse την λειαν της σωγον  
κυριον, testatur Sextus E. (Pyrrh. hyp. I. 31).

*Thes. IV.*

Huic vero placito contrariari videtur preceptum, quod Horatius  
(Epist. I. 2.) ab illo se accepisse dicit: ut scilicet sibi res, non se re-  
bus submittere conseretur. Hoc enim potius abstinendo, quod Antisthenes,  
Aristippo oppositus, præoperat, quam fruendo, fieri posse tibi  
persuadeas.

*Thes. V.*

Sed constat, illum qui sibi omnia submittere vult, nihil respicere  
nisi se ipsum, nullam ideoque sequi legem nisi suam prudentiam, nihil  
objectioni finibus suis subjectivis præferre.

*Thes. VI.*

Convenit huic philosophiae practicae theoreticum Cyrenaico-  
rum philosophema: In solo sensu doloris aut voluptatis *veri* esse  
judicium, quia sentitur. (Cic. Ac. IV 7.).

*Thes. VII.*

Maxima igitur est inter doctrinas Aristippi & Helvetii similitudo:  
qui & in eo convenient, quod uterque vita & moribus theoriam suam  
refellebat.

*Thes. VIII.*

Nec fere aliter esse potest. Nam quis talibus aurem præbeat assertis,  
nisi a honestis hanc virtutem?

*Thes. IX.*

Ceterum injuriam faciunt Aristippo, qui illum omnem destruere  
voluisse rem moralem, contendunt. Nam vitæ docuit non scholæ, neque  
forte omnes placiti sui consequentias cogitavit. Minime autem tur-  
gem commendavit voluptatem, sed decoram, liberalem & honestam.

iniquitatem temporum attenuatis valde atque imminutis usos fuisse, Acta, proh dolor! centies testantur,

Z

Eis, quam ex sequenti III. PETRI BRAHE d. 9 Jul. a. 1644 ad Consist. Acad. scripta Epistola constat: *Vij kunne Edber goede Herrar och Män bärmedb ej obemålt låta, det Eder Academie Quæstor PEHR ERICSSON GIRS är nu till affskedb kommen bär hos K. M:t och den Konungzlige Regeringen, och bekommit dbe Godz af H. M:t oeb Cronan, som han nu een lång tijdb till Academiens underhållande bär omgådt och påfordrat basuer, hvilke I effter denne tijdsens lägenbeet för gát ansee ville; Begäbre om förlåtelse at han emot vår villie så länge är oppebållen vorden; Vij vele gärna, såsom Vij till dess stiftningb och fundation basue orsak varit, al- tijdb låta oss finnas til dess goda befordran benågne; Häppas och at I gode Herrar och Män så undervijse ungdomen, som dess åbra och vigtighet kråfuer; Befallandes Eder &c,*

ROTHOVUM vero nostrum neque in his Civitatib Academicae procurandis commodis inertem ac otiosum fuisse, sed quod suum erat alacriter, ut svevit, & solerter egiste, sequentes ejus Litteræ commendatitiae, Quæstori Academie Ab. PETRO GIRS concessæ, ad oculum comparabant:

*Reverendis D:nis Præpositis ac Pastoribus, ad quos præsentium exhibitor divertere contigerit,  
Salutem ac Pacem!*

*Vobis R:di Viri, totique Patriæ constat liquidissime, Serenissimam ac Potentissimam Reginam nostram, pro suo singulari erga Deum amore ac pietatis ardore, annuente & masculine promovente Illustrissimorum Regni*

tur, querimoniis Profesorum inopum & afflictorum

*Administratorum & Senatorum choro, Academiam in  
bac nostra civitate Aboënsi, quæ Magni bujus Ducatus  
Metropolis est, ante annum circiter exexistit, ac debita  
cum solennitate ad nos introduxit. Ad cuius perpe-  
tuam conservationem Sua R. M:tas largissimos annuos  
reditus contulit clementissime. Et porro ne ulla in par-  
te vel ipsi Professores, vel inter Discipulos Stipendia-  
rii Regii, ansam haberent conquerendi, vel officium sibi  
concreditum segniter & perfunditorie administrandi, ecce  
peculiari decreto S. R. M:tas denuo sancivit & pie or-  
dinavit, ut non modo certa granaria, sed etiam prædia  
dotalia & fundi buiæ sacro usui in perpetuum subjice-  
rentur. Cumque in bunc finem Spectabilis Vir PETRUS  
GIRS, Academia Quæstor solertissimus, una cum comi-  
te sno, in Tavastiam sit misus, ut juxta S. R. M:ti  
decretum prædia & granaria idonea feligantur, noten-  
tur, ac tandem diplomate Regio in posessionem Acade-  
miae Regiæ transeaut aeternum; Ideo Vos singulos ro-  
gamus, bortamur & monemus, ut in hoc negotio quæ  
Deo & S. R. M:ti grata sunt, & Academia Regiæ fa-  
lutaria, faciat; quod sit dum quilibet vestrum, pro sin-  
gulari candore, occasiones & media commodissima ape-  
riat & detegat. In Christo felices valete. Abogiæ d.  
21 Maij a. 1641.*

ISAACUS B. ROTHOVIUS.  
Ep. Ab.

*Successum optatum habuisse hæc de dotanda Acade-  
mia nostria consilia ex supra allatis jam constat. Bona  
vero sua officia ROTHOVIUM, non solum eligendis & ac-  
quendis fundis idoneis, verum etiam tuendis exi-  
gendisque reditibus Academiæ gratiosissime concessis,*

rum passim referta; quæ vero omnia fusius tra-  
ctare, hujus non est loci. (")

Z 2

Con.

ultra obtulisse, docent quæ sequuntur ad Pastores quos-  
dam Diceceos suæ datae Litteræ:

*Reverendis Dn. Pastoribus i Öfre och Nedre Sa-  
tagundia sampt i Åbo Läbn, Salutem precatur!*

Effter som Hemmes Kongl. Maj:t vår allernådigste  
Drottning, och then Högloft Kongl. Regeringen, allernå-  
digst biffuer teckes donera then Kongl. Academie här i  
Åbo nägre godz och gårdar, såsom och visse och behåld-  
ne Kronones Kyrkotijonder, som Academien och thess  
Betiente åbrligen skole underbållas medb, belägne utbi  
Åbo och Björneborgs Läbn, som sifflue Specification,  
och thenne Kongl. Academies Fullmecbtige och Råntmå-  
stare Välbetrodde Per Erichsson Gers Edber uti sifflue  
bookstaffuen viisandes värder; Hvarföre tillbålles bär-  
medb alom, som medb samma Kyrkoberberger intresse-  
rade är, att thes giffua thes Fullmecbtiga all godb och  
nöijacbtig beskedb, enär han thet fordrar, buru mycket  
som i thenne åhr alloredo aff Cronones Upbördzmän är  
intagit, och sedan thet intagne icke i någon måtto för-  
minskा eller affoge förr än Quæstor Academiæ, eller  
thes Fullmecbtige, tijt medb tilslåddes komme, och ther  
tillika Cronans del uttagandes värder; Gör någon  
håremot, vare förpliktigad på bebörligt sätt till sådant  
att svara. In Christo singuli & universi valeant! Åbo  
d. 5 Oct. a. 1644.

ISAACUS ROTHOVIUS  
Ab. Ep.

(Autographa & harum, & proxime præcedentium Litte-  
tarum, in collectaneis Cel. PORTHAN invenimus.)

") Clr. interim quæ de his summatim commentatur Cel.

Confluxit & sperato citius undiquaque, potissimum vero e plurimis Svetiæ Provinciis, enme-rosa Studiosorum juvénium cohors, ad frequentanda receus hie loci instituta exercitia Academica, (2) quæ,

---

BILMARK in *Hist. Reg. Acad. Ab.* p. 28 seqq. multis tamen & emendanda & supplenda, si ex professores paulo impeditior hic nobis explicanda foret.

•) Facta in Consistorio Acad. suppuratione d. 17 Aug. a. 1640, plures quam XLIV Studiosos nondum adesse constitut, e quibus VIII tantum indigenas s. Fennones suisle simul ob-vatum est; ad quos itaque frequentiores alliciendos *Consistorium Eccles.* d. 17 Sept. a. 1641 decrevit, neminem nisi qui Academiam adiret Aboensem Eleemosynæ Diœcœsanæ (*Studentepengar*) posthac participem fore. Jam vero d. 9 Sept. ejusdem anni indicat Protocolum Consistorii, att bär var en berömligb och anseentligb numerus Studiosorum; qui numerus quotidie adeo crevit atque auctus est, ut mense Febr. sequentis anni 1641, Secretarius Provincialis (*Lands-Sekreteraren*) Jon. ROSEN-SCHMITT ad Gen. Gub. Ill. Com. P. BRAHE, Holmiæ tum occupatum, scribere potuerit: *Academie väsende går fort, talet öfver Studenterne är alloredan, som berättas, så när Trybundrade.* (Servantur hæ litteræ, cum multis aliis pretiosis rerum Fennicarum monumentis, in Villa nobili *Rydboholms*, Ill. *Brabæ* Genti hucusque propria.) Neque a vero abesse videtur hæc computatio, cum testetur *Album Academicum* sub Imo Rectoru, vel a d. 28 Junii 1640 ad d. 31 Maii 1641. Studiosos CCXLIX eidem nomina dedisse. — Eos in certas minores Societates s. *Nationes*, provinciarum ubi nati

quæ, post habitas Professorum Orationes introductorias

---

erant qualicunque habita ratione, jam inde ab initiis Academicæ coivisi, quæ singulæ speciali ejusdam Professoris curæ s. *Inspectioni* demandatae sunt, ex Actis didicimus; qualem & apprime utilem, & ad nostra usque tempora sipienter servatam Studiose Juventutis distributionem, *Protocolum Confistorii Acad. d 22 Nov. 1643* jam commemorat, significans Inspectorem *Aboënsium* unum designatum fuisse Doct. ESCHILLUM; (PETRÆUM) *Westrogothorum & Wermlandorum*: M. SVENONEM; (VIGELIUM) *Wessomannorum & Dalecarlorum*: M. JOHANNEM; (TESSERUM) *Uplandorum, Ostrogothorum & Helsingorum*, M. ERICUM; (ACRELIUM) *Smolandorum*, M. MICHAELM; (WEXIONIUM) *Fennonum Borealium & Australium*, M. MARTINUM; (STODIUM) *Nericioeum*, M. SIMONFM; (KEXLERUM) *Alandenium*, *Nylandorum & Bothnienium*, M. GEORGIUM (ÅLANUM) & *Sudermanorum*, M. NICOLAUM; (NYCOPENSEM.) addita editione: *Och skall buar och een ejom oftast giffua acht opå sine ombettroddé Landskopers Studiosos. Buadb the hoffue för händer, och buru the sigb i sine studier förhålla.* — *Necessariam vero & prudenter præmeditataam* fuisse hanc de moderandis Civium nostrorum Academicorum studiis & moribus curam, satis patet ex *Protoc. Confistorii Acad d 22 Febr* ejusdem anni, ubi hæc leguntur: *Aldenfundb Senatus fornimmer att Studiosi äro mycket (the fijtige undantagandes) försunlige, och komma ganska få tillstådes in lectionibus publicis, theröfver mest alle Profesores sigb besvera, vore förtbenskuldb gott, att the kunde hållas till större fljt in Studiis. Therutinnan befans iadeligast vara, at Rector M. pblico Programmate til en vijs dagb convocerar totam*

ctoriss (°) sine mora & cœpta, & tam privatim quam publice, inde a mense Octobris primi anni Academici, diligenter continuata sunt.

Quo vero constet quid & quomodo in nova Aca-

*Juventutem Academicam, och då bållas en alfuarsam inquisition, hvilke såsom försumlige och latte åro; sådane skole, såsom in Constitutionibus förmåles, tilbörligen straffas. — Ibertil medb moste och förordnas visse Inspectores öfver hvar Landskap, hvilke sedban skole tillsee, hvad b the, som then Inspector ombetroddé äré, bafue för händer.*

\*) Ex decreto Consistorii Acad. d. 24 Oct. lato, Prof. Theol. Prim. D. E. PETRÆUS primam d. 4 Nov. habuit, & post ipsum eas persecuti sunt reliqui Profesores, duo nempe quavis hebdomade, diebus Mercurii & Saturni, ne publicis lectionibus impedimento esent. De ritibus vero in solemnibus hisce observatis haec notata leguntur: När sådane *Introductoryæ Orationes* bållas, då förordnades 2:ne beskedbelige *Studioſi*, som dagen tillförende medb *Cursoribus* gingo boos nägre off the förmämste, och inviteradbe till then *Professoris Oration*, som dagen therefter introduceras skulle; Och badhe *Cursores* sinn *Kiortlar* på sigb. samt *Sceptra Acad* boro the medb sigb. När *Introducendus Professor* gick in i *Academien*, då musicerades och sjöngs ett *discentz* stycke; Sedban stegb *Professor* introducendus in *Cathedram*, och prästeradhe *Juramentum*, och tbernåst hölt een *Orationem*, som sigb medb hans *Profession* beqvämadbe. Finita *Oratione* musiceradbes igen; sedban gingo alta utb.

Academia prælectum sit, Primum Praelectionum publicarum Ordinem s. Indicem, Dom. XVI Trinit. valvis Academiæ affixum, Actisque Consistorii infernum, hie integrum apponam:

ÆSCHILLUS PETRÆUS S. S. Theol. Profesor & Pastor Aboënsis. & Acad. p. t. Redtor, Genesin, primum Mosis Librum, præleget in Auditorio Superiori hora VIII antemeridiana.

M. SVENO VIGELIUS, S. S. Theol. Prof. Ord. Epist. D. Pauli ad Romanos enarrabit hora antemerid. IX in auditorio Superiori,

M. JOANNES ELAI Senior (TERSERUS) S. S. Theol. Prof. Ord. Augustanam Confessionem explicabit, & controversias tractabit, in Auditorio Superiori hora pomeridiana III. Idem hora X antemeridiana Grammaticam Hebræam proponet in Auditorio Inferiori.

M. JOHANNES Olai DALEKARLUS, in Reg. Jud. Assessor & Juris Prof. Ord. Leges Svecorum Gothorumque docebit hora II. pomeridiana in Auditorio Juridico. (quod postea Sessionibus Consistorii Acad. adaptatum est.)

M. MICHAEL WEXIONIUS, Polit. & Hist. Prof. Ord. juxta Constitutionum Academicarum tenorem Ethica Aristotelis, ex Grotii ductu, in Auditorio Minori

Minori hora VIII matutina proponet, & per vices Historiam universalem ex *Sleidano* explicabit.

M. MARTINUS STODIUS, *Lingg. Prof.* Græcam Grammaticam, una cum praxi, proponet in Auditorio Superiori hora I. pomeridiana.

M. SIMON KEXLERUS, *Mathem. Prof.* Arithmeticam hora pomeridiana II. & Astronomiam hora --- (Reliqua defunt.)

M. GEORGIUS ALANUS, *Phys. Prof.* Physicam Magiri exponet in Auditorio Superiori hora VII antemeridiana.

M. NICOLAUS NYCOPENSIS, *Log. & Poëf. Prof.* Logicam hora VIII antemeridiana in Auditorio Inferiori, & præcepta Poëtices per exempla ex *Horatio* illustrabit hora III pomeridiana.

M. JOHANNES ELAI *Junior (TERSERUS) Elog. Prof.* Ord. modum conscribendi Orationes præceptis exemplisque monstrabit. Deinde Orationem pro Archia resolvet, in Auditorio Inferiori hora pomeridiana IV, & publica Declamationum exercitia moderabitur.

Professores vero non solum indictis hisce *publicis*, verum etiam plurimis *privatis* vacasfe prælectiōnibus, simulque & disputando, examinando, stilique &

& declamationum vari generis moderandis exercitiis, discipulis suis assidue adstituisse, loquuntur affectum quæ supersunt hujus ætatis & manu exarata, & typis expressa litterarum monumenta; quibus impigris laboribus studiisque effectum est, ut jam tertio ab inaugurata Academia anno (d. 4 Maii 1643) Facultas Philosophica solennem instituere posset Promotionem, qua X creandi Philosophiae Magistri laurea Apollinari condecorati sunt. (°)

A a

Huic

°) Cfr. Åbo Tidn. a. 1794 N. 2 & 3. Concesserat S. R. M. Litteris d. 27 Febr. 1643 ad Consistorium Acad. missis veniam hujus parandæ Promotionis, adjecta commonitione: *att thertill icke skall tagas någon stor hoop, utban ganska få skickelige och lärde personer.* Huic itaque dicto audiens, tamæque recens coeditæ Academizæ simul studiosissimus, ROTHOVIVS nosler, pro officio quod gesit ProCancellarii, in Consistorio Acad. d. 29 Apr. ejusdem anni graviter hortatus est, *att Senatus Academicus för all ting tager i noga betenkande de tvenne páminnelser, som H. K. Miz och den Kongl. Regeringens Breff inneboller om Promovendis, tyckandes rádeligast vara, att Dni Professores denna gångb promoverade allenast någre få, till 4 eller 6 personer, lärde, skickelige och godbe, att denne första Promotion, på hvilken många see och serdeles efterfråge, må lända Academien till bedber, och icke till något förtal och förkleningb.* — Primam Promotionem habuit Facultas Theologica d. 16 Maii 1648, cum supremi in hac Facultate honores III:io Theol. Professori JOH. TERSERO soli, ad II:dam Theol.

Huic soli Facultati & Adjuncti in prima Academiæ institutione concessi sunt; quibus adjutoribus diu caruit Facultas *Theologica*, diutius *Medica*, caretque hodie *Juridica*; ut nil loquar de Artium cultiorum Magistris, reliquisque Doctoribus secundi Ordinis,  
qui-

---

Professionem Upsaliæ capessendam jamjam abituro, ex mandato Regio, decernerentur. (Cfr. *Minne öfver Terserus*. Ab. 1795 p. 10 seqq.) Putarat quidem ac nominaverat quoque Consistorium Aead. ROTHOVIUM dignum, qui eadem in Solennitate Doctoris titulo & honoribus ornaretur; cum vero observaret *Acad. Cancellarius* III. P. BRAHE, cuius arbitrio res delata est: *Att det synes intet väl rimma sig, sedan en år kommen till den dignitet och blifvit Biskop, utan förmene bonom då alloredan nådt få böge bonores, att han icke Gradum Doctoris begåra eller emottaga skall, ægre tulit ROTHOVIUS Consistorium de sua Promotione consilia iniisse: H. Ebt Biskopen säger sigb tyckia åtb vara, att bans nampn bleff nämbndt medb uti brefuet; sigb och sagt för Dn. Do-  
Hore (PETRÆO) att han icke begerar någon Gradum.* (Cfr. *Protoc. Consil. d. 29 Mart. 1648*) — Thertil suarades, at Consistoriales baffna tbat sielffue giordt, och allenast förfrågat sigb therom boos H. Grefl. Nådbe. — In Facultatis *Juridice* prima Promotione a. 1650 d. Junii peracta, Juris Doctores creati sunt *Polit. Jurisque Prof. M. WEXIONIUS*, & *Juris Licent. JOH. GARTZIUS*. (Cfr. *Litt. Regg. ad III. Cancell. P. BRAHE d. 16 Mart. 1650 d. hac Promotione datas, & Protoc. Consil. Acad. d. 29 Maii 1650*.) — Priuo Academiæ seculo Facultas *Medica* nullam Promotionem Doctoralem instituit,

quibus Civitas nostra Academica recentioribus de-  
mum temporibus instructa est.

Neque magnopere mirandum, quod in Lyceo,  
medios inter Martis fragores condito, aliquamdiu  
desiderarentur Istituta varia, rem Academicam &  
adjuvantia & illustrantia, qualia sunt: Bibliotheca  
publica, Theatrum Anatomicum, Hortus Botanicus,  
Laboratorium Chemicum, Specula Astronomica, cum  
apparatu Instrumentorum variorum Physicorum &  
Mathematicorum, &c. cum potius mirari conveniat,  
carere potuisse ærarium publicum redditibus non o-  
mnino exilibus atque contempnendis, quos novæ con-  
stituendæ Academæ munificentia S. R. M:tis affi-  
gnaverat.

In præcipuis vero Societatis cuiusvis Litterariæ  
præfidiis atque adminiculis *Typographiam*, mediocri-  
ter saltim instructam, jure habendam esse, quisque  
harum rerum peritus ultro fatebitur. Et cum de ea  
Academæ nostro comparanda egregie quondam me-  
ritus sit etiam *ROTHOVIUS* noster, pauca de primis  
Istituti hujus apud nos initiis attulisse haud a re ali-  
enum erit.

Quæ olim, pauciora certe, a nostratisbus con-  
scripta sunt ingenii atque eruditioonis Specimina, par-  
tim *Holmiae Upsaliæ*, &c. partim etiam variis exteris  
in oris, typis excusa in lucem prodiisse constat, cum

ante conditam Academiam, nullam Finlandia nostra Typographiam habuerit; qua itaque deficiente non solum prima Rectorum programmata, reliquaque Studiosæ Juventuti communicanda & publicanda Scripta, verum & varia publicæ disquisitioni submittenda Specimina Academica, a Notario Academiæ manu exarata fuisse novimus. Quænam vero incommoda atque impedimenta exercitiis nostris litterariis hinc quotidie enata sint, facile est ad intelligendum. Juncta itaque opera Patres Assesoresque Confistorii tam Ecclesiastici (°) quam Academicci (°°) in id incubuerunt,

---

°) Cfr. *Litteræ Confist. Eccles. ad III. P. BRAHE d. 4 Nov. 1640* datæ, quas exhibent *Åbo Tidn.* a. 1793 N. 11.

°°) Primam in Confistorio Acad. de Typographia paranda institutam consultationem observavimus in *Protoc. d. 17 Sept. a. 1640*, qua nempe effectum est, invocanda esse S. R. M:ts subSIDIA, at erbålla en Tryckare och bens requisita, tbyföretban Academien nu icke längre vara kan, då mången kan hafua lust sigb disputando exercera, och Thebes genom trycket utbgaå låtba. Therboos vill och vara, att hvad Decretum publicum Senatus Academicci är, och anslåås skall. borde tryckias, sådant nu Notarius Academiæ, (effter som Tryckaren ej är att bekomma) calamo giöra måste, tbet ej länge få blifua kan, belst medban Notarius ej är förvissat om någon förra löön, än på bens persoon och officium på Staten fördt år, neml 75 Dal. (Salarium Typographi ei interim concessum fuisse ex *Protoc. Conf. d. 26 Junii 1641* didicimus.) Eliest och kan intbet höras til andre lofli-

runt, ut Typographus, cui & S. R. M. annum sa-  
larium 100 thal. arg. assignaverat, typis ceterisque  
ad officinam suam necessariis rebus probe instructus,  
quam primum fieri posset, sedes suas hic figeret; qui-  
bus consiliis optatus demum respondebat eventus,  
cum, bieunio ab Academia condita nondum transacto,  
primus ad artem suam Aboe exercendam Holmia  
adventaret PETRUS WALD, (°) qui & Upsaliæ & A-  
rosiæ

---

ge ortber buadb bär basves för bänder, medban det ic-  
ke genom Trycket är utbgångit och publicerat. Qui-  
bus æquis suis desideriis haud ita multo post addide-  
runt: at de tilljika bekomma måtte en Pappersvarn  
bär när Stadben, hvilken förutban trycket icke så låt-  
teligen sin fortgång vinna kan. (Cir. Litt. Conf. ad III.  
P. BRAHE d. 20 Junii 1641 datas;) qualem vero mo-  
lam, Academiæ propriam, Acta sequentium annorum  
haud commemorant.

\* Faciunt *Acta Rectoratus a. 1660 — 1661* copiam partis,  
quod jam d. 12 Aug. a. 1641 de administranda Ty-  
pographia Academica cum Proff. ESCHILLO PETRÆO &  
ERICO ACHRELIO Holmiæ inierat desideratus Typogra-  
phus, enjus verbo tenus transcriptum exemplar hic si-  
gnans:

*Afhandling medb M. Peer Ericsson Wald, om  
Boktryckare Embetet i Åbo.*

1. *Tillsäges bonom på Consistorii Academicci vägnar  
frijet för all Stadzens tunga och besvår, såsom Uppsala  
Academie Boktryckare niuter.*

rosiae jampridem egregia industriae suae tirocinia posuerat, quam & hic variis excusis litterarum monumentis

---

2. Att bonom givses för hvart ark gemeen skrifft, som Professores och Studiosi låta tryckia, 6 mark hvit Mynt. Rectoris Patenter och Intimationer skall han tryckia utan betalniugb.

3. Skall flijt göras, at han årligen sitt Depntat och Stipendium blifver mæchtigh, såsom det i Staten finnes, neml. 100 Dal. hvitt Mynt.

4. Skall han blifva försärgd med nödtorftigb huusrum.

5. Skall bonom bijstånd göras till at betala frachten tå han till Åbo förreces med trycket och sijne jaker.

Håremot lofuar och tillseijer han osz:

1:0 Sigb vilja bte Boktryckiares ämbete i Åbo flijteligen idka och drifva, utan försommelse och oppebåld bvar och en sitt arbete väl igelefvra; dock flyenses alt otijdigt arbete, som är under Predikan och Gudstjensten om Söndagar och flora Helgedagar.

2:0 Skall han vara förpliktad b lefverera try Correcluur.

3:0 Skall han icke understå sigb at tryckia någon skrifft beller book, som icke tillförende af Facultatis Decano är öfversedd och läfgifvit att benne tryckia; derföre skall Booktryckiaren, när bonom något till at tryckias tilbiudes, förvägra sigb något begynna förr, än han seer för sigb Decani Zedel

mentis, per decennium & quod excurrit, probatam  
fecit, donec a. 1653 vitam cum morte commutaret;  
Cujus

---

4:o Skall han vara förpliktigad b vara i Åbo tillstädde i  
nästkommande våår d. 1 Maj, bafvandes medb sigb dbe  
skrifter eller typos, som boos PETTER VON SELAU åro  
bestelte, sampt medb Press och dess tillbehör, doch för  
betalning, som *Vij* derom kunna förljikas.

5:o Skall han ingen Mester Suen antaga utan Recto-  
ris vetskaps; Skall och icke förvågra sigb antaga Låra-  
drengiar af landjens ungdom.

Datum Stockholm d. 12 Aug. 1641.

Tbetta afbandlat vara på begge sijdor vitnar jagb  
ESCHILLUS PETRÆUS, ERICUS Danielis ACHRELIUS.  
Ab. Pastor.

PEDER WALD  
Booktryckare.

Ipsum ex tenore contractus allati, vere anni sequentis  
ineunte, Aboam apprisse, Consistoriumque Acad. ei &  
idonea domicilia, & quæ reliqua ad apparatum typo-  
graphicum commode instruendum maxime necessaria e-  
rant, studiose comparasse, testantur *Protocolla Consistorii*  
dd. 4 Maji, 6 & 10 Aug. 2 Nov. a. 1642 &c. &c.  
Laborabat vero tum res Academite nummaria tanta dif-  
ficultate, ut & primis his, quamquam modicis fatis, in  
novam Typographiam collocandis impensis male suffice-  
ret; cuius inopiae testimonium assatim perhibent sequen-  
tia, ex *Protoc.* d. 6 Aug nominati anni hic translata:  
Emedan at här felar 85 R:dl. builka Skrifftgjutaren i

Cujus viri de re nostra typographica & instituenda & persequenda haud exigua merita aliis Historiae nostræ

---

Stockholm PETTER V. SELAU bafua böör för åtbskilliga stilar, som han of nyjo gutit bafuer, och Academien nu i bestighet inthet bafuer penningar, huarmedb the 85 R:dl. kunna betalas; bleff enbålleligen a Reverendiss. D:no Episcopo & ProCancellario och samptelige Assessibus in Consist. Eccles. bär beslutit, att Consistorium Eccles. lånar till Acad. aff sine höthes penningar så mycket som där finnes; ocb om sedan något feelade, skall Oeconomus Templi Dn. Clandius Christopheri förfreckia af Kyrekones egna penningar så mycket, at denne summa 85 R:dl. utbi Kåpp. penningar bliuer erlagt, ocb framdeles medb snaraste igen til Kyrekiā betalas skall. — Sublevaverat hancce Etatii Acad. egeitatem quodammodo etiam S. R. M:tis in novam Typographiam munisificantia; attamen cutta adeo & exigua erat primam allatorum typorum supellex, ut ulibus Academicis handquaquam sufficeret, quam ob causam Rector (Theat. Prof. M. SV. VIGELIUS) d. 2 Nov. 1642 hæc Senatui Academicō penitus cognoscenda detulit: Aldenflundh Trycket, som hijt öfver nu i höft ankommet år, förfilar ganska ringa, ty man icke öfuer halft erk af enabanda Stylo i seder kan uppläggia, befrågar sigb Rector Magnificus om Senatus kan betenckia någon medel, huariigenom det kunde något förmebrås? Deropå blef svarat: At emedan H. K M:t nu nyligen dertil en påst förfräckt och gifuit bafuer, (Summam doni his juis Regii ignoramus?) syres icke rådligit H. K. M:t ytterligare så snart therom bemöda, synerligen i tvenne för besuärlige Krijgatijdben; men efter någon tijdz